

PHILIPPVS QVARTVS  
VTRIVSQ SICILIAE REX



DEI GRATIA HISPANIARUM  
ET MEDIOLANI DVX III & C.



IOANNES GOFFREDVS GENVENSIS

obtulit nobis preces sequentes *v. P. R.* Labitur decennium, quo IOANNES GOFFREDVS *M. V. re fid.* seruus habitat in pnti Ciuitate Mediolani, & licet p habitationem decennij acquisuerit ciuitatem: nihilominus cupit, vt etiam medio diplomatis Regij declaretur Cuius Mediolanensis effectus, ut de hac Ciuitate ppetuis temporibus apparere valeat, quocirca ad *M. V. ram* confugere decreuit humiliter supplicando, dignetur ex sua benignitate Regio diplomate Ciue Mediolanense supplicantem creare, decernereque eum frui, ac potiri posse ijs omnibus gratijs honoribus prerogatiuis, immunitatibus & privilegijs, ac quibuscumq; beneficijs, quibus potiuntur veri, & oriundi Ciues presentis Ciuitatis non obstantibus quibuscumq; legibus, Statutis, constitutionibus, ordinibus, decretis, & alijs contrarium disponentibus, vel aliam formam dantibus *M. V. ra* certa scientia, ac potestatis plenitudine derogare dignetur, & ita speratur. Quibus iuris vna cum informationibus de sup. incolatu sumptis p orum ex *E. gr.* Senatus nri Secretarijs, ex quibus constat, eum iam supra decennium in presentis Ciuitate, cum tota familia habitasse; harum serie declaramus, eundem supplicantem ius Ciuitatis huius nostrae Ciuitatis acquisiuisse, & proinde posse contrahere, distrahere, acquirere, emere, vendere, alienare, & coetera omnia facere, & exercere, tam in iudicio, quam extra, quemadmodum veri Ciues, & originarij predictae Ciuitatis possunt, & posse noscuntur; Decernentes etiam ipsum frui posse in dicta Ciuitate nostra Mediolani, eiusq; Ducatu, & Dominio, ac ubique terrarum, illis omnibus iuribus honoribus, priuilegijs, pactis, gratijs, exemptionibus, immunitatibus, prerogatiuis, & alijs quibuscumq; quibus alij nostri Ciues veri, & legitimi incolae, naturales, & originarij eiusdem Ciuitatis Mediolani, & in ea factiones, & onera subeuntes, & sustinentes, & gaudere posse noscuntur, perinde, ac si supplicans, eiusq; filij, Ciues veri, incolae naturales, & vt s. dicta nostra Ciuitatis Mediolani, & in ea factiones, & onera subeuntes, & sustinentes haecenus, per retroacta tempora extitissent. Mandantes omnibus, ad quos spectat, & spectabit, vt hanc declarationem nostram inuolante seruent, & seruari faciant. In quorum fidem presentis sigillo nostro munita fieri, & registrari iussimus. *Dati Mediolani die xx. Februarij. M. D. CXLIII.*

Philippus Meda ff





Morbio 28 (55)

*Diploma di istruzione  
milense a carico di Giovanni  
Goffredi genovese*

1653 <sup>11/11</sup>

